Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



avium medicinas simul ponemus Scias autem
quod huiusmodi avis non confortatur precipue in
aquilonis partibus et hec aves forciores sunt et
maiores Et que nobiles sunt predam non preter
escam sed ergula accipiunt et in tyrannide de-
lectantur Et siqui depreda concupiscunt cor acci-
piunt et ideo avem quam capiunt ad latus perforat
et cor extractum devorat Aliqui autem etiam cerebrum
concupiscunt et de capite extractum devorant
et totum aliud relinquunt Nobiles autem et aquilo-
nares cancros libentissime comedunt quos tamen non
venantur Et ideo etiam domesticati isti melius
omnibus astricibus dominis suis Aves magnas ca-
piunt et cancrorum cibum ad minus recipiunt in remu-
nerationem Hec ergo de astricibus sive accipitribus
dicta sunt Has autem aves quidam etiam accipe-
seres vocant Plinius dicit quod contra dolores
omnium membrorum efficax medicina est accipiter in
oleo decoctus Caro enim accipitris valde dul-
cis est et levis propter sui nutrimenti bonitatem hec albe-
rtus etc.

Acredula dicta est quia acriter can-
tat hec et lusciniа Unde Isidorus
ethymologiarum 12 luscinia quasi lucinia ead-
em et acredula de qua cicero in pronosticis et ma-
tutinos exercet acredula cantus Et est quedam
avis que mane incipit canere qua cantu suo or-
tum diei signat hec vulgo dicitur rusiniolus ipsa
est lucinia avis in genitivo penultima correpta et dicitur
alucine quod pulchre canit primo canit mane quando
lux emanat hec et filomena et ibi que infra vide
luscinia

Aerispion avis est ut dicunt rapax inter
rapaces nobilissima et est de consuetu-
tudine falconum dicitur aerisilon at eo quod aerem et aer-
alta petit in volatu et venatione Nubes enim
dicitur transcendere et aves obviantes interfectas de-
icere ita quod cadentes aves aliquando in terra inveniun-
tur et nescitur unde ceciderint et unde sint inter-
fecte eo quod aerisilon in tam alto volat quod vide-
ri non potest Hec avis ruffas habet pennas caudam
longam ungues et crura maxima et est maior
parum quam aquila et capit capreolos in quos primum
visum dirigit et tunc incidit eis et cerebrum capite
perforato extrahit et sic interficit Nidum in mon-
tibus altissimis construit ubi aliquando iuvenis capitur
et ita domesticatur quod sine ligatura stat in pticis
et domibus Hec avis cum socia venatur sicut
falco et postquam domestica est a domino non recedit sed
omnem predam capit et domino reponit et ideo nobi-
lissima esse dicitur hec albertus

Aegitiles grece latine caprimulgus vocatur
et est avis magna lato rostro in oriente
partibus habundans capras querens
lactis irriguans quibus se supponit et sugit lac
earum et consequitur suctionem exsiccatio lactis
in uberibus et hebetatio vel excecatio visus ca-
prarum hec albertus

Alauda ut dicit liber rerum avis est
alaude dicta eo quod mira iocunditate
ceteris in aere pennis vocis modula-
cione congaudeat aure temporis serenitatem hanc plinius
celeritatem vocat obnubilato enim celo vel pluvioso
vix vel numquam cantat diem in aurora venien-
tem vocis prodit iubilo Sedens in terra vix vel
numquam cantat sed cantat ascendendo ut dicit
Experimentator paulatim ascendit et subito descendit
instar cadentis lapidis Plinius accipitrem adeo
timet et cum ab illo impetitur sinum hominis involat
manu eius accipiendam se in terra depressa pre-
bet Conscia satis miseri sibi potius hominem
quam accipitrem Et merito quia ille aliquando iste
vero numquam miseretur

Alauda avis est alaude vocata eo quod
in musica serene et calido congaudet
tempore hec duplex est plano videlicet
capite et scruto et hec galerita vocatur vel in-
castata Est autem coloris cineri maior parum
passere et posteriori digito pedis ingentis longi-
tudinis habens unguem In agro habitans non
insilvis granis et vermibus vescitur Mas eius
musicus est valde et multe modulacionis in
agro habitans estatem primo inter aves prenunctias
et diem in aurora promens laude cantus sui plu-
vias et tempestates abhorret Accipitrem adeo timet
quod fugit in homini sinus et manus vel in terra se-
dens sinit se capi Cantat ascendendo per circuitum
volans et cum descendit primo quidem paulatim
descendit et tandem alas ad se convertens in modum
lapidis subito decidit et in illo casu cantum
dimittit Hoc quando domesticatur in ergastulo
cantat alas commoves et ad liberum aere exire
gusto quodam deposcens sed si diu captiva te-
netur ut frequenter in altero excecatur oculo et
hoc sepius sum expertus quod in nono anno alto
oculo cecatur huius avis extra utilis in medicinam hec albertus